



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Arrio, & eius h[a]eresi Arriana dicta. Cap. .I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM MEMO. LIB. VIII.

Hic autem missos vero in exilium legitimis vxoribus spo-  
liat, ac suis satellitibus iungit. Iam vero ecclesias fide-  
lium, quas prius extrui præceperat, subuertit. Deniq; tanta eius tyrannide motus Constantinus, ire obui-  
am parat, nec difficultas sit victoriæ. ubi & causa iusti-  
or & virtus eminentior extat. Deiectoque tyranno,  
Licinio, soliditatem Romani imperij solus obtinet cum  
filijs, ecclesiarum statu incredibili diligentia restituto-  
quas deinceps sumptibus, privilegijs, honoribus am-  
pliare & sublimare procurat. Hucusque Eusebius Cæ-  
sariensis. reliqua Rufinus prosequitur.

S D<sup>o</sup> HAYMONIS

EPISCOPI HALBERSTAT-

tensis liber IX.

Caput I.



Ed his temporibus commoda pace  
& quiete ecclesiis redditâ, alias perse-  
cutionis turbo inuehit. Etenim Arri-  
us quidam Alexâdri presbyter pra-  
ua quædam dogmatizat, & ab illa æ-  
terna & ineffabili dei patris substan-  
tia vel natura filii conat abscindere, dicës: Nō semper  
deus pater fuit, non semper fuit dei verbum, sed fuit  
qñ deus pater non fuit. dei autem verbū ex non ex-  
istētibus factū est. existens em si existentē ex non ex-  
istēte fecit, quapropter fuit aliquā, qñ nō fuit. creatura  
tm & factura est filius neque similis est patri secundum  
substantiā, neq; verus est, neq; vera sapientia eius est,

## HAYMO DE CHRISTIA.

neque verum naturaliter eius verbum est, sed unus  
quidem creaturarum & facturarum est. Abusus autem  
dicitur verbum & sapientia, factus & ipse existens in  
proprio dei verbo, & in dei sapientia, in qua omnia, &  
ipsum fecit deus. Vnde conuertibilis est & mutabilis  
per naturam, sicut & vniuersa rationalia. Peregrinum  
enim & extraneum & remotum est verbum a pater-  
na substantia, & inuisibilis filio pater. Non enim per-  
fecte & integre nouit filius patrem. neque enim perfe-  
cte videre potest. nam nec suam substantiam nouit fi-  
lius sicut est. Propter nos enim factus est, ut nos per  
eum, tanquam per mysterium crearet deus, & nequa-  
quam substitisset, nisi nos deus facere voluisset. Non  
ergo naturaliter est dei filius, nec aliquam habet ad de-  
um proprietatem, quando non ipsum naturae muta-  
bilis existentem propter moderationem diligens est,  
& virtutem non mutaram ad deterius elegit, cum & si  
Paulus & Petrus ad hoc quenissent, nihil posset ab eo-  
rum filiatione differre. Hic ergo Arrij blasphemus er-  
ror ecclesiam conturbat, quaestio latius innotescit.  
quam Alexander Alexandrinus episcopus persequens  
Arrium zelo fidei innotescere facit. Sermo peruenit  
usque ad principem Constantimum, tunc ille ex sen-  
tentia sacerdotum apud urbem Niceam conuocat epi-  
scopale concilium, ibique trecentis decem & octo  
episcopis residentibus, ceterisque honorabilibus per-  
sonis Philosophis ac dialecticis, & opinatissimis qui-  
buscunq; scholasticis Arrium, adesse iubet, ac de eius  
propositionibus & quaestionibus iudicari.

RERVM MEMO. LIB. IX.

EX vtraq; historia permutatum.

Caput II.

**T**unc de fide ibidem subtiliter disseritur, errorq;  
Arrij cōdemnatur manifestis scripturarē dictio-  
nibus, quia & deo filius naturaliter vnigenitus  
est verbum, virtus, sapientia solius patris, & deus ve-  
rus, sicut Iohannes ait, splendor glorię, & figura sub-  
stantiæ patris. Verę post diuturnū multumq; tracta-  
tum, placet oīnib; ὁμούσιον scribi debere, id est, eius-  
dem cum patre substantiæ filium confiteri. Defertur  
ad Constantinū sacerdotalis conciliij sentētia, quam  
ille ut à deo prolatam veneratur, & cōtradicentibus  
comminatur exilium. Exemplum aut̄ sententiæ vel  
Nicenæ fidei est huiusmodi.

Caput III.

**C**redimus in vnum deum patrem omnipoten-  
tem omnium visibiliū & inuisibilium, & in vnu  
dñm Iesum Christum, filium dei, natum ex pa-  
tre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, deum ex  
deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, na-  
tum non factum, ὁμούσιον, hoc est, eiusdē cum patre  
substantiæ, per quē omnia facta sunt, quæ in cælo, & q  
in terris, qui propter nos homines & propter nostrā  
salutē de cælis descendit, & incarnatus est, hoc ē, fact⁹.  
Passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos,  
inde venturus iudicare viuos & mortuos. Dicentes  
autē, erat aliqui, non erat antequā nasceretur, vel nō  
erat antequā fieret. Aut quia ex non extantibus fa-  
ctus est, aut ex alia substantia, vel ex subsistentia, dicē  
res etiā aut conuertibilem, aut mutabilem filium dei,

F